

270. *Lepanthes Türckheimii* Schltr., nov. spec.

Epiphytica, gracilis, 7—12 cm alta; rhizomate valde abbreviato; radicibus filiformibus, elongatis, flexuosis, glabris; caulinis erectis, gracibus, usque ad 3 cm longis, 3—5-vaginatis; vaginis arcte amplectentibus, paucinernatis, nervis et ostio minute ciliatis; folio obovato, obtuso, minute exciso cum apiculo dorsali, marginato, basi in petiolum 1,5—**2,5** mm longum attenuato, 1,3—1,5 cm longo, supra medium 0,6—0,8 cm lato; racemis gracillimis, laxe pauci- vel plurifloris, cum pedunculo 5—11 cm longis, pedunculo gracillimo filiformi, glabro, folium longe excedente, rhachi flexuosa; bracteis apiculatis, subinconspicue muriculatis, pedicello plus duplo brevioribus; floribus erectis, inversis, glabris; sepalo intermedio ovato, setaceo-acuminato, 0,9 cm longo, lateralibus oblique ovato-lanceolatis, setaceo-acuminatis, tertia parte inferiore connatis; petalis transverse bilobatis, c. 4 mm latis, lobo inferiore lanceolato acuto, lobo superiore ligulato obtuso paulo longiore; labello concavulo, columnam amplectente, intus breviter bicarinato, basi rotundato subcordato, antice alte bilobato, cum sinu obtuso, 1,5 mm longo, lobis oblique ligulatis, obtusis; columna parvula, gracili; ovario cum pedicello glabro, 2,5 mm longo.

Guatemala: Epiphytisch im Walde bei Coban, c. 1500 m ü. d. M.—H. v. Türckheim no. 15, blühend im November 1877; no. 45, im Jahre 1878; no. II, 1967, blühend im September 1907.

Die Art ist nahe verwandt mit *L. guatemalensis* Schltr. und mit *L. horrida* Rehb. f. aber gut unterschieden. Ihre Blüten sind offenbar dunkelpurpurrot.